



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Disce orare, id te doceat oratio pro felici sine vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Disce VIVERE: id te doceat lex Humilitatis.
Gloriam precedit Humilitas. Et qui sine Humilitate virtutes congregat, in ventos pulverem jactat. Verè modestus & humilis non vult modestus & humilis, sed vilis videri, cum affligitur & contemnitur, sibi ipse identidem occidit: *HIS OMNINO DIGNVS ES.* Cadere vult, non ascendere, qui ad alta non per infima tendit: perire vult, qui se in superbiam & pretium sui precipitat. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Et queso cur spectatores tibi deligis in terrâ, cum theatrum habeas constructum in cælo? quid sterilem gloriolam aucuparis, cui gloria æterna promittitur? Nihilominus Humilitatis umbram multi, veritatem pauci sestantur. Humilem ostendit indefessa patientia, & generosus summet conceptus. Et hoc tibi longè sit certissimum de teipso: Tantò major eris in oculis Dei, quantò minor fueris in tuis: tantò Deo pretiosior, quantò tibi ipse vilior.

Disce ORARE: id te doceat commendatio anime in manus Creatoris: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Iam commendo sanus & valens, ut commendatum habeam, ô Christe, quando illum commendare non potero amplius, et si suis vinculis nondum solutum. Timeo tempus illud, quo inter vivos ero, nec esse me sciam. Videmus in plerisque moribundis id fieri. Spiritus vivunt, & vivere se nesciunt. Quis palpitantem tunc spiritum & migrare trepidantem tandem tamen ex amico carcere migrantem recipiat, si tu excludas, orbis Conditor: Christe patientissime recordare, etiam te in extremis illis angustis lacrymatum, & deseri questum esse, spiritum Patri commendasse, exclamasse, expirasse: Ad te ego jam clamo, ut tu meus servator spiritum meum suscipias, quocumque morbo, tempore, loco, è corpore abeuntem. Recordare, bone Jesu, in cruce te brachia expandisse, pectus aperuisse, caput inclinasse, Ecce, anima mea à rebus creatis omnibus deserta refugium querit: in illa tua brachia sese immittit, in tuum illud pectus sese ingerit: admiite, obsecro, miseram, & ne inde extorta, donec ita Dei transeat. Hic secuta, hic ab inferorum satellitibus tuta lateat. Ergo, in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, immò tuum, quia tu eum creasti & reparasti: figmentum tuum; ô Deus, ne despice.

Aspirationes ad Christum pro felici obitu.

Psal. 142. **N**on ineres in iudicium cum servo tuo, dulcissime IESV, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Pf. 78. v. 8. Ne memineris, bone IESV, iniquitatum mearum, cito accipiem me misericordia tua, quia pauper factus sum nimis.
Psal. 12. Illumina, mansuetissime IESV, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum.

Domine IESV Christe, fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum, & animam meam.
O mi amantissime Domine IESV Christe, ob honorem & virtutem, tua benedictio passionis, jube me adscribi in numerum electorum tuorum.

Ad omnes SS. Angelos ardens suspirium.

Securitate, subvenite, ô vos omnes beatissimi Spiritus, Sancti Angeli Dei, & cum in extremis vestram opem non amplius implorare potero, ne me deserite.

HORA XI.

Disce MORI: id te doceant repentine mortis insidie.

Memento, homo somnium, cum cubitum te confers, quam plurimos somnum inchoasse &

A usque cōtinuasse, morte subitâ extinctos. Ita Sizara *sopo-ind. cap. 4.* rem mortis socians defecit, & mortuus est. Quot sani cubitum *vers. 21.* jerunt, reperti mortui: quor inter colloquendum, cædam vitam *vers. 22.* nandum, ridendum subito abrepti? mille modi sunt mors ha- *vers. 23.* leto. Unica venenata herbula, vulnuscule neglectum, bet inau- *vers. 24.* pustula vix conspicua, acinus uvæ, recti tegula, piscis metos alio- *vers. 25.* spinula, guttula medicata, tenuissimus pilus, ipsa etiam tus. *vers. 26.* vel paulo corruptior aura necat hominem: ad vitam *vers. 27.* rapidam innumeros habet aditus insidiosissima mors. *vers. 28.* Ideo dies omnis & ordiendus cautissimè, & clauden- *vers. 29.* dus, optimus ordo est, à Deo diem incipere, & cum *vers. 30.* Deo finire; nec prius plumis se mergere, quam rationes *vers. 31.* sint positæ de luce transectâ. Nimium temerarius est, *vers. 32.* qui offenso & nondum propitiato Deo, audent obdor- *vers. 33.* mire. Sic somnum semper inchoa, ac si quis auri insulso- *vers. 34.* ret. *Hac nocte reperent ære animam tuam. Memento mori. Luc. cap. 11.* *vers. 35.*

Disce VIVERE: id te doceat lex Charitatis.

Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, omnia. *Ad Rom. 8.* Beatus, ô Domine, qui amat te, & inimicum pro- *vers. 7. & 8.* pter te. Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere. Ubi thesaurus tuus, ibi & cor, & amor tuus est. Vis nosse ubi tuus thesaurus sit: attende quid ames, vis nosse quid ames: attende quid cogites. Ibi thesaurum condis, quod crebras cogitationes mittis. Ubi Dei oblitus est, ibi Deus thesaurus non est. Sed nec Deum amat, qui ullum hominem odit. Paulinum dogma nosti: *Si charitatem non habueris, nihil sum, et si ha-* *1. Cor. 13.* *beam alia omnia. Et Super omnia autem charitatem habe-* *vers. 2.* *te. Licet ergo tota hortæ, totas vineas, aureos montes,* *vers. 3.* *gemmeas domos in stipem eroges, si vel unicum homi-* *vers. 4.* *nem odisti, nihil dedisti. Nunquam enim concordiam* *vers. 5.* *habebis cum Christo, si discors esse volueris cum Chri-* *vers. 6.* *stiano. Tota lex Christi tribus litterulis includitur: A.M.A.* *vers. 7.* *Deum ama & omnes leges servasti.* *vers. 8.*

Disce ORARE: id te doceat Oratio pro felici vita sine.

Sanguine tuo, Christe Jesu, à peccatis omnibus lava me, & concede ut anima mea, cum è corpore migraverit, ante tribunal tuum appareat munda. O bone Jesu ne deseras me in ultimis angustis, in supremâ mortis luctâ, à quâ tota pendet æternitas. O mi redemptor in manus tuas spiritum meum jam commendo. Tua, ô mi Deus, sanctissima voluntas in me semper fiat, & in æternum.

Ad Christum crucifixum.

Adoro te, Jesu Christe, & benedico tibi, quia per crucem tuam redemisti mundum. Salvator mundi salva me, qui per crucem & sanguinem tuum redemisti me. Trahe me ad te, ô bone Jesu, qui dixisti, cum exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipsum; te deprecor per pretiosum sanguinem tuum, quem pro me peccatore effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas. Creator & redemptor meus, Christe Jesu, totum me tibi trado, non me repicias; ad te venio, non me repellas. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Ne perdat me iniquitas mea, quem creavit omnipotens bonitas tua.

Ad omnes SS. Angelos læminis moribundi gemitus, & impendentis iudicii memoria.

Ovos omnes purissimi Spiritus, Sancti Angeli Dei, respicite in me. Hic ego jaceo gemens & suspirans, quia manus Domini tetigit me. Mors mihi in oculis est: mortalium jam nemo amplius, vos soli potestis succurrere. Iudicii dies mihi jam est inductus; cheu, comparandum est eorum summo Deo, & reddenda ratio de cogitatis, dictis, factisque omnibus. Scitis, ô beatissime mentes me vilem terræ vermiculum, quondam honori vestro dicere aliquid aut facere conatum esse. Ah, ne me

me deferite in his summis angustiis meis, in hac ultimâ necessitate, à quâ mihi tota pender *ÆTERNITAS*. Momentum illud jam imminet, in quo salus mea omnis, aut perenne sit exitum. Ah! juvate, & ante regem regum pro me supplices procumbite, & meum mihi oblecto conciliate judicem. Sententiam ego nunc expecto supremam; vos impetrate, ut ea mitis sit & ad vitam. Mortem, quam ego meritus fuisset, æternam, per vestras preces meritaue liceat deprecari. Subvenite Sancti Angeli Dei, subvenite, succurrite, jam jam aderit judex, Christus JESUS. Miserere, ô JESU, miserere: per omnes Sanctos Angelos tuos te rogo, JESU MISERERE.

HORA XII.

Disce MORI: id te doceat improvisa mortis irruptio.

MEMENTO, homo nihilum, uti fures in domum illam nunciare non solent, quam horâ noctis duodecimâ, aut primâ, aut secundâ effringere vel suffodere statuerunt; sic nec mortis mos est, certis nunciis præmonere, se tali die aut horâ venturam. Ubique mors est, & semper in propinquo. Vigilate itaque, ô mortales, omni die, omni hora. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Jacob moriturus, collegit pedes suos super lectulum, & mortuus est. Animum tu tuum, ô homo, tuum spiritum tu collige. Ibis brevi, ibis in domum *ÆTERNITATIS*. Punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus. Vita, quam expectamus, verè diuturna, æterna est. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Familiaritatis cum Deo.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Non metuenda est hic familiaritas nimia, quo quis Deo familiarior erit, hoc erit & Deireverentior. Amicos facit animorum conjunctio, & consiliorum communio. Amicus Deo nemo fit, nisi purgatissimis moribus. Hic ego, mi homo, summe oro, tracta causam tuam omnem cum tuorum amicorum optimo, cum Deo tuo. Bene tibi est? de hoc successu Deum consule. Malè tibi est? de hoc ipso nil sine Deo tuo statue, omnia cum hoc amico tuo delibera; tam fidenter cum ipso loquere, quam tu ipse tecum. Suavissimus est hic amicorum & fidelissimus, sed animæ solùm Deum querenti. Dei quotiescunque minus fueris memor, mox redi & clama: O mi Deus, ô meorum amicorum amantissimum, diem perdidisti, quia præsentiam tuam amisisti, tui memoriam neglexi. Scio, eum, qui amicus est, omni tempore diligere: nec ei quidquam esse suavius, quàm esse cum amico. Amicitia quæ vera est, est *ÆTERNA*. Nam, omni tempore diligit, qui amicus est.

Disce ORARE: id te doceat examen conscientie quotidianum practicum.

Tandè, inquit Gregorius, securus quis Dominum expectat, quando quotidie vitam suam suspectis examinat. Eleganter hujus officii submonens Augustinus: in tribunal, inquit, mentis tue ascende contra te, & te reum constatue ante te: noli te ponere post te, ne Deus ponat te ante te. Sapienter & Christianè Seneca: Deprehendas, inquit, te oportet, antequam emendes. Inquire in te: acculatoris partibus fungere, deinde judicis, novissimè deprecatoris. Ideo, quantum potes, te ipse coargue. Aliquando te etiam offende.

Quotidianum examen conscientie, orationem esse longè utilissimam, omnium sapientum vox est. Multi quinque illius assignant capita, nemo est qui hunc orandi modum sic doceat, ut is nemini videri possit difficilis. At erit facilissimus volenti doceri: tu modò sic ora, &

Tom. I.

A hoc solùm observa, ut post duas primas oratiunculas nonnihil subsistas, & quomodo diem expenderis, cogites.

Ergo si sic oraveris, rem penè omnem factam habebis.

Examinade conscientie capita. Primum.

I.

O Infinita bonitas, gratias tibi ago pro omnibus beneficiis tuis, quæ mihi hodie & totâ vitâ meâ contulisti. Tibi laus & gloria in infinitas sæculorum myriadas.

II.

O Immensa Majestas, da ut quidquid tibi hodie in secundum me displicuit, id mihi in memoriam integrè redeat.

III.

Hic exacte diei cogitata, dicta, facta in memoriam revoca, Tertium. & quid in Deum peccaris, expende.

IV.

O Inexhausta misericordia, ignosce mihi quidquid hodie peccavi contra te. Ego omnes offensas hujus diei, & totius vitæ meæ, in abyssum misericordie tuæ depono, & per mortem Filii tui te precor, ô Deus, dimitte mihi quidquid unquam in te peccavi.

V.

Æterna sapientia, Christe JESU, firmissimè propono non peccare amplius.

Et hoc quotidianum est examen conscientie:

Addi possunt hæc.

Pater æternæ, per vitam & mortem Filii tui; per omnem bonitatem tuam te rogo, concede mihi ut in bono perseverem, & in gratiâ tuâ moriar.

Bonè JESU per extremas illas in cruce voces, quibus Patri spiritum commendasti, te rogo, suscipe spiritum meum in fine vitæ meæ.

Spiritus Sancte Deus, miserere mei, & sancta inspiratione tuâ me semper, & potissimum in horâ mortis meæ, adjuva.

Sanctissima Trinitas, unus Deus, miserere mei, nunc & in fine vitæ meæ.

A M E N.

HORÆ NOCTIS.

Exegimus HORAS DIEI; supersunt NOCTIS, quæ uti querior, ita meditationi, quàm dies, aptior est. Idcirco quem per diem docuimus orare, per noctem meditari & considerare docebimus: prius tamen causas assignabimus, quare Angeli tanto amore, totque officiis meritisimè sunt colendi.

Causæ cur SS. ANGELI, præ ceteris beatorum ordinibus, summe venerandi.

Causæ cur Angeli præ ceteris ordinibus.

I. Causa, Sacra Biblia.

Plenæ sunt divinæ literæ testimoniis & elogiis, de sunt venerabilissimo statu, deque plurimis SS. Angelorum randi. in nos beneficiis.

II.

Omnis vetus historia amantissima circa nos Angelorum ministeria variè deprecatur.

III. Numerus Angelorum.

Angelorum numerus nobis infinitus, soli Deo est numerabilis: ita innumeros in celo amicos habere poterit, quisquis eos sibi conciliare voluerit.

IV. Angeli, Dei vicarii.

Tam in præcâ quàm in novâ lege vices Dei funguntur Angeli. Frequentissimè promittit Deus: Mittam Angelum meum: Præcedet te Angelus meus: Immitet Angelus Domini, &c.

V. Nobis addidissimè.

Angeli nobis benevolentissimi sunt: & hoc unum omnibus suis officiis agunt, ut brevè eis quàm simillimi simus.

C c

VI. Nostra